Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



REG. I.

uxores nomen uni anna et nomen secunde fenenna fuerunt q̄ fenenne filii anne autem non erant liberi et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebus ut adoraret et sanctificaret dominum exercituum in silo. Erant aūt ibi duo filii elophin et finees sacerdotes domini. Venit ergo dies et immolauit helchana dedit q̄ fenenne uxori sue et cunctis filiis eius et filiabus partes. anne aūt dedit partem unā tantum quia annam diligebat. Dominus aūt conclauserat uuluam eius affligebat quoq; eam emula. et uehementer adebat in tantum ut exprobaret quod dominus conclusisset uuluam eius sic q̄ faciebat per singulos annos. Cum ergo ascenderet tempore ascendent templum dñi et sic prouocabant eam porro illa flebat et non capiebat. Dixit ergo ei helchana uir suus. anna cur fles et quare non comedis. et quam obrē affligitur cor tuum. Numquid non ego sum melior tibi quam x. filii surrexit autem anna postquam comederat et biberat in silo et heli sacerdote sedente sup sellam ante postes templi domini. Illa uero amara anima anna. orauit dñm flens lacrimis. et uotum uouit dicēs domine exercituum si respiciens uideris afflictionem famule tue et recordatus mei fueris nec obliuiscaris famule tue sed dederis famule tue semen uirile ego dabo eum domino omnibus diebus uite eius. et nouacula non ascendet super caput eius. factum est aūt cū illa multiplicaret preces coram dño ut heli obseruaret os eius. porro anna loquebatur in corde suo tantū et labia eius mouebantur et uox penitus illius non audiebatur. existimauit igitur heli eam temulentā. Dixitq; ei. usquequo ebria eris. discede paululū a uino quo madet. Respondens anna. nequaquā inquid domine mi. sed mulier infelix nimis ego sum. uinū q̄ et omne quod inebriare potest non bibi. sed effudi animam meam in conspectu domini ne reputes ancillam tuam ei filiabus belial. quia ex multitudine doloris et meroris mei loquta sum usq; in presens. Cui ait heli. Vade in pace. deus israel det tibi petitionem tuam quam rogasti eum. et illa dixit. Utinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in uiam suā et comedit multus q̄ illius multis q̄ illius non sunt amplius mutauit et sumpsit cibum et non fuit ultra quasi triste. Mane autem adorauerunt coram domino reuersi q̄ sunt in domum suam in ramatha. Cognouit aūt helchana annam uxorem suam et recordatus est eius dominus et factum est post circulum dierum concepit anna et peperit filium. Vocauit q̄ nomen eius samuel. eo quod postulasset eum a domino. Ascendit aūt uir eius helchana et omnis domus eius cum eo. ut immolaret domino hostiam sollemnem et uotum suum. et anne non ascendit. Dixit enim uiro suo non nadam donec ablactetur infans et ducam eum et appareat ante conspectum domini et maneat ibi usque

157